

cietatis, cui ipse interfuit cum Jure suffragij Mexicum repetens iterum Professorum Domui Praepositus, pristinos redorsus labores pro Dei gloria & animatum lucris, ad mortem usque illis incubuit, quam propè octogenarius oppedit die 26. Martij 1635. Edidit hispano sermone *Epistolam de morte et virtutibus P. Joannis de Ledesma, qui obiit Mexici anno 1636.* Mexici anno eodem in quarto.

Historiam de Triumphis S. Fidei inter gentes barbaras Mexicanorum orbis per Missiones PP. Societatis Iesu. Item *Superstitionum, Portuum, Climatuum, et variorum que ibi evenere.* Matriti, apud Alphonsum de Paredes 1645, in folio.

His à Bibliotheca Societatis adductis, itemque à D. Nicolao Antonio in Bibliotheca Hispanâ (qui duos ex Nostro uno facit Andreas) subjungimus MSS quæ ipsos in tanta distantia latuerunt.

Historia Societatis Iesu in Provincia Nova Hispanie.

Hanc citat P. Florencia cùm in Historia à se composita & edita ejusdem Provincia pag. 138. n. 144, tum in *Origine de insignibus nova Galicia Sanctuaris, signatum pag. 5.*

Aestimatio eterna Beatorum gloria, ad quam Deus hominem destinavit, quamque ipsi cruxis sui pretiosi effusione emit. Extat idiomate hispano in quarto in Bibliotheca Collegij Maximi Mexicani SS. AA. Petri & Pauli.

Meminit etiam Nostri Aegydius Gonzalez Davila in Theatro Ecclesiæ Novæ Cantabriæ p. 243. Itemque Antonius de Leon Pinelo in Bibliotheca Occidentali addita, qui & si cognomen de Ribas prætereat, opinamur, Nostrum & non alium indicare, dum col. 151. P. Andream Perez recenset Authorem duplicitis alterius opusculi, hispanicè editi in folio, scilicet,

Responsi ad Proposita V. D. D. Joannis de Palafax, de redditibus Collegiorum Mexici et Angeliopolitanorum Societatis Iesu.

Columna vero 808 MSS. A qui in Bibliotheca Barciana asservatur Mantua Carpentanorum, etiam hispanicè

Responorum ad varia de rebus Indianorum quasita sibi facta a Joanne Diaz de la Calle, cum aliquibus motinis.

Nam Chronologiæ inspecta temporum, quibus & Noster in Europam profectus est, & Joannes Diaz de la Calle sua elucubrabat Indica Monumenta, & negotium verte batur reddituum Collegiorum Societatis IESU, recta trajectione isthac à Nostro opella fuisse scripta conficitur.

Denum P. Joseph Cassani inde Glorijs secundi Societatis Iesu feculi, seu de illustrib[us] ejusdem viris tom. 2. qui ordine ad Eusebianos 8 est, in vita P. Thomæ Basilij, Nostri memoriam habet pp. 452. 453.

Supplicem libellum ab Autore Regio Consilio oblatum de earum negotio Parochiarum Tucatanenium, quas Ordinis Sodales Franciscani te-

DREAS Quiles Galindo, Natione Mexicanus, in Provincia de Zelaya, Diœcesis Michoacanensis nobilissimis genitoribus ortus, pro imbibendis litteris in Mexicâ Universitate ejusque Collegijs, violacea apud Regium & Antiquius S. Ildefonsi trabea insignitus, inde Gymnasia Maximi SS. AA. Petri & Pauli Societatis IESU, Academique nostræ frequentavit, à quies Latiinitate doctus atque Rhetorica, Philosophiam postquam & Theologiam excoluit, lauras retulit minervalis haud penitendis eruditio fructibus. In Patriam reversus, Seraphici Ordinis alumnus adscribi discipiens, voti compos effectus est in Provincia Michoacanensi, quæ à SS. AA. Petro & Paulo cognominatur. Ubi religiosa nuncupaverat vota, ita moribus & doctrina probari Superioribus & Sodalibus perrexit, ut opportuno iussu tempore fucrit Palestram inire, instituerque & Philosophicis & Theosophicis disciplinis tyrones, Cathedris utriusque Facultatis præpositus, quas totis annis 15. Iterum moderatus est, atque inde honestissimâ donatus missione, Emeriti Lectoris privilegia retulit & honores. Alijs in Familia clarus muneribus, & apud Mexicum Fidei Consistorium à Censuris Theologicis definitus, in Europam Pro-Minister Provincialis à Michoacanensi mox dicta dimititur, curaque suæ & in agendis

rebus peritiae negotia mandantur, ceu Indicarum Provinciarum Generali Procuratori, quibus industrie & sapienter tractatis, nomen sibi comparavit egregium. A Catholicò Hispaniarum Rege Consiliarios inter adscriptos suos, unâque Pontifex Nicaraguensis Ecclesiæ America nostra electus, hanc itidem aggrelus Provinciam strenue, pastorali se officio mancipavit. Porro vastissima loci distantia, infrequensque commercium, ejus in Episcopatu actorum nos destituit notitia, quæ subinde, inviti licet, necesse est prætereamus. Edidit hispano sermone *Apologia pro conservatione Apostolici Collegij Urbis Queretarense.* Matriti, in folio anno 1714. cuius incipit Bibliotheca Franciscana tom. 3. inter Appendices littera A.

Eadem lingua publicavit *Absolutum Descriptionem Provinciarum, Climatuum, Montium, Fluviorum, Portuum, ac Litorum Nova Hispanie Excmo. Comiti de Frigiliana Regi Indianum Consilio Presidi nuncupatum.* Anno 1707. in quarto. Quam & si dicta Bibliotheca tacito loco & anno editionis prodidisse in lucem dixit; Pinelus tamen in Bibliotheca Occidentali col. 772. annum 1707. designat.

His addimus *Supplicem libellum ab Autore Regio Consilio oblatum de earum negotio Parochiarum Tucatanenium, quas Ordinis Sodales Franciscani te-*

nent ac regunt. In folio, tacitis loco editionis & anno, habeturque in Bibliotheca D. Ludovici de Mendoza inter Opuscula nondum compaginata.

Ineditis *Philosophicis, Theologicis, & Oratorijs* elucubrationibus cēfendis prohibemur, quod ipsarum tituli latent nos.

+ 204. D. ANDREAS SAENS DE LA PEÑA, Natione Canariensis, apud Fortunatas Insulas natus, in Americam Mexicanam profectus, Collegio Majori Divæ Mariae & omnium Sanctorum Mexici adscriptus, atque ejusdem Rector, Doctoris pileum in Universitate nostra promeritus, Domicilium sibi constituit Angelopoli, regente Ecclesiastica V. D. D. Joanne de Palafox, cui a secretis fuit: Parochiam celeberrimam ac fidelissimam Urbis Tlascalensem administravit, Pastoris curas in commissas sibi oves sedulò exercens, unde inter Canonicos ascitus Angelopolitanos Dignitate Archidiaconatus effulgit. Munere cum vacare Curionis, Præfulus fui ac Domini D. Joannis de Palafox mandato compositus, atque publici Juris & iusus fecit.

Manuale SS. Sacramentorum juxta Pauli V. *Rituale formatum*, Mexici, ex Typographia Francisci Robledo 1642, in quarto.

Archidiaconus autem majoris opera librum à se conscriptum suo justis de causis tacito nomine typis commisit hispanis, nomine Didaci de Lemus Parochi

Villæ de Pedraza apud Segovianæ, scilicet

Vitam V. M. Mariae de Iesu Angelopolitanæ, in Monasterio Purissimæ Conceptionis professæ. Anno 1683, in quarto, pro ut tradit Antonius de Leon in Bibliothecâ Occidentali addita col. 846. quamvis nulla Nostri mentione facta, cujus divinare latens nomen haud poterat.

205. F. ANDREAS DE TORDEHUMOS RIBERO, Natione Mexicanus & Patria, S. Augustini in Provincia SS. Nominis JESU Novæ Hispaniæ clarissima Institutum sc̄tatum, Magistrum auditum in theologicis, juridicis, & multis alijs eruditissimum Fr. Alphonsum à Vera-Cruce, Universitas Mexicoæ Theologia Professorem Primarium, à quo optimè institutus, egregius ipse Theologus evasit, Juris haud imperitus, latinèque non mediocriter elegans, & propterea viris gravissimis merito acceptus, ut ex Epistolis ad ipsos datis, & ab eisdem acceptis cernere est in libro, quem statim indicamus a se conscripto, videlicet

Apologia Theologica de interioribus animæ actibus tñ libertate voluntatis humanae, applicationeque Sacrificij Altaris. Accedit Dissertatione luculentæ juxta Sacri Tridentini Concilij sanctionem agitata, de contraria & non confessio, habitu copia Confessoris idonei, Sacramentum Altaris sumente.

Approbatu à Mexicanis Aca-

de-

demiæ & alijs Antecessoribus. Liber editus est hispanis typis Martinæ anno 1581.

Authorem & Opus in sua Nicolaus Antonius Hispaniæ Bibliothecâ novâ recensit pag. 70.

206. P. ANDREAS DE VALENTIA, Natione Mexicanus, apud Michoacanenses in loco Argentifodinis insigni Guanajuato illustribus genere parentibus ortus, anno ætatis suæ 19. & salutis nostræ 1597. Societati JESU sese junxit, unus futurus ex illustrioribus doctrinâ & virtute viris, quibus Nova Hispaniæ Provincia sc̄tatur. Postquam Philosphiani tradiderat, aliasque Theologie Cathedras moderatus fuerat pro egregiâ in Scholasticis, Moralibus, & Positivis rebus cruditione, successor datus fuit in Primariâ Collegij Maximi Cathedrâ clarissimo P. Joanni de Ledesma, Mexicanensi. Ejusdem in Moralibus Responsa s̄p̄ius petitâ, magni à doctis sunt habita, & prætermisso ejus nomine, ab alijs in publicum data, ut legimus in Bibliotheca Societatis JESU à P. Sotuelo aucta pag. 60.

Confulbatur frequantissem à Pro-Regibus, Archiepiscopis, Cathedralium Capitulis, & Ordinibus religiosis, tantique ejus opinio fiebat, ut nonnumquam Pro-Rex quidam ab ea quam conceperat sententia commodisque suis non parvi momenti propriea recesserit, quod oppolitam à Nostro probari rescijsset. Ad hæc

virtutum ornamentiis effulgit, præfertim demissimæ humilitatis, paupertatis, egregiæ, obedientiæ eximiaæ, & castitatis admodum clarae. In extremâ constitutum infirmitate insignis moribus feminæ Dei nomine docuit, miraculo haecenus inter vivos servatum ut Novæ Hispaniæ consilio esset, brevique decessurum, qua propter se ad extremam horam pararet. Supremo ipse Numini addictus ex animo, ejus se voluntati commisit, & egregiâ animi quiete ad mortem aptavis, quam piissime alpexit Rectorem agens Angelopolitanî Collegij a Spiritu sancto nuncupati die 11 Januarij 1644 ut legere est in Menologio à P. Oviedo edito anno 1747 a quo memorata discrepat Bibliotheca Societatis JESU, emortualem Notri diem 12. Januarij, annum vero 1645, assignans. Edidit hispano sermone, quæ Bibliotheca ipsa recente opera, scilicet,

Vitam P. Joannis de Ledesma Societatis JESU.

Vitam P. Alfonsi Guerrero ejusdem Societatis.

His addimus sequentia:

Pro Apostolico ac Regio S. Crucis Tribunali Mexico, è quo, cetera contentione remota, ad Supremum ejusdem Hispaniarum Consilium unicè licet in disceptatione qualibet tendere & provocare. Extat tacitus, ut usus ætatis ferebat, nomine Typographi & loco editionis, excusum opus anno 1636, in folio, tom. 2. cui titulus, Con-

tentiones de Jurisdictione & Auxilio, Collectionis Mendozianæ.

Graviora, quæ elucubravit opera, injuria licet temporis non comparent, prætermitti tamen omnia haud debent, cùm exploratum sit scriptisse etiam, ut solenne est cunctis in hac Provincia Artium Professoribus,

Cursum integrum Philosophie, Summulas, Logicam, Physicam, Metaphysicam, Animisticam, de Ortu & Ineritu Cæloque libros complexum.

E Theosophicis, quos dictavit, Tractatibus habemus inter cymelia nostra egregium MSS constans dispp. 24

De Incarnatione Verbi Divini.

Alios libenter indicaremus, quos inviti prætermittimus, quod eorum nos præterierint nomina & fugerint.

207 FR. ANDREAS DEL VALLE, Natione Hispanus, Vallisoleti natus, in Portu Brigantino Dominicanorum habitu assumpio, atque solenni emissâ professione, in Americam dénum translatus, ferventius inserviendi Deo in lucrandis animabus Indorum zelo, Provinciam instituti sui de Chiapa & Goatemala maximè illustravit egregiâ sanctitatis opione, quam religiosissimæ vitæ exemplis meruerat, & post se reliquit. Scripsit hispana lingua

Sermonum tomos 3.

In Bullam Adriani VI. Indiarum Provincialibus religiosis privilegium, quod Ominimodam dicunt, concedentis, Opusculum.

De generatione & corruptione totum latinum.

Abservari omnia Authographa in Bibliotheca Conventus Dominicanorum de Goatemala ejusdem PP. datis ad nos litteris attestantur.

208 ILLMUS. D. D. F. ANDREAS DE UBILLA, Natione Hispanus apud Cantabros in Provincia de Guipuscoa, Urbe aut Villa nobis incompta natus, subindeque nobilis genere, studijs & Domicilio Mexicanus, vir fuit clarissimus. Adolescens Mexicanum advectus, dotibus egregijs instructus, atque ære non exiguo datus, nuntium dare mundo speique in eo proficiendi, ut uni Deo vacaret famulareturque studiissimè, secum constituit, atque Ordinem Prædicatorum in Conventu Mexicanu profulus est 23. Julij anno 1559. Excultus litteris admodum accurate, quas ibi à Sodalibus accepit, dcin è Cathedra docuit Philosopheriam atque Theologiam, inter Magistros Ordinis tempore suo ex jure relatus, & in Universitate Mexicæ Thologi lauré Doctoris cinctus 16. Septembbris 1678. ejusdem Facultatis Vespertinum egit Antecessorem. Imperiale Mexicum Cœnobium, quod Sancti Jacobi Provinciæ Primarium est, bis tam rexit prudenter & religiosè, quam qui maximè. Praibat exemplis cunctis, seu in choro Dei laudes canentibus, seu prandientibus in triclinio, seu alia alibi agen-

ti-

tibus. Officinas quotidie invisibilis, Fratribus tam agrotis, quam valentibus, benè ad victimum, vestitum, & cetera quæ illa cumque necessaria suppeditabat, vigenti subinde regulati in omnibus observantia. Ædes quoque Cœnobij ipsas amplissimas pro multorum numero Sodalum ædificavit. A Goaxacensisibus, qui unâ adhuc cum Mexicanis Provinciâ tenebantur, Prior Conventus precipui sui electus, peræque se gesit, magno cum religiosæ discipline emolumento. Nec secus Angelopoli Collegium à S. Ludovico nuncupatum, primus ei Rector datus, studiosissime procuravit. Tandem Provincialis institutus canonice, late patentem editionem suam omnibus ut in dies florentiores dotibus & virtutibus redderet, perdius & pernox cogitabat, laboribus semper intentus multisque negotijs, valitudine neutiquam firmâ.

209 In Hispaniam ad Philippum II. publici desiderio boni profectus, ut Gubernatorem his in partibus non admodum opportunum compesceret, Règem adiavit, Crucifixi, quam è collo suspensam Imaginem tulera, ob oculos ponens, ejusque obtestatus nomine, uti Mexicanisibus eo in negotio rebus occurreret; quem ut Prudentissimus Hispanorum Monarcha excepit, Visitatorem destinavit Episcopum Tlascalensem, ac non multo post Novæ Hispaniæ Pro-Règem con-

N^o 2

re-

stituit D. D. Ludovicum de Velasco (cui Nostræ à sacris confessionibus fuit secundò Mexicanum tenenti clavum) Novem non amplius mensibus in itinere ac negotio eundo & redeundo insumpsis, redux in nostra Andreas, postmodum anno 1592. die 5. Martij à Rege in Episcopum de Chiapa præsentatus, atque ecclesiastico ritu inunctus, Ecclesiæ suæ regendæ totum se dedit, quam cùm in concernentibus spiritum rebus auxit, tum etiam in ceteris. Sacellum majus, id est, principem Templi partem longiorem fecit, sacra pro decenni altaris ministerio paramenta donavit, argenteam item lampadem, è qua juge coram Eucharistico Sacramento lumen fulgeret, idque genus alia ultrò in Dei gloriam detulit. Charitate conspicuus in omnes, Indos potissimum recens Fidei aggregatos complectebatur maximo rei christiana incremento. Regionem de Soconusco dictam Ecclesiæ suæ adjunxit, quam etiam ornavit, erecto pro Virginibus nobilibus & egenis, Cœnobio ab Incarnatione nuncupato anno 1595. ære quidem alterius, proprijs tamen officijs & curis: nec enim tot sumptus cerebant Ecclesiæ suæ redditus, quos infumebat omnes in Dei cultu & pauperum subsidio, ipse tenui mensa contentus & habitu, uno duntaxat Pontificali reformatis dissimilis Religiosis, primitivis

redolens Ecclesiæ Prælatos. An-nos ubi novem exegera Chiapa, in Michoacanenses insulas destinatus, priusquam Litteras translationis acciperet, in Cœlum, ut pè credimus, transferendus obiit mense Mayo anno 1602, sepultusque fuit in Ecclesiâ sua Cathedrali hac ejus sarcophago incisa hispanâ inscriptione:

Hic jacet

*D. Fr. Andreas de Ubilla
In Sacra Theologia Magister,
Hujus Cathedralis Episcopus annis
novem.*

Scripsit tomos duos, quorum primus est

In Primam secunda Divi Thome à questione 49 usque ad quæst. 89. Extat MSS. anno 1572. operâ & calamo P. F. Dominicî à Cruce, in Bibliothecâ Conventus Dominicanorum de Goaxaca, in quarto.

Secundus verò tomus hunc præfert titulum: *Prima pars D. Thome Doctoris Angelici agnissimi cum annotationibus R. P. Fr. Andreæ de Ubilla, Lectoris optimi: à questione 1. usque ad questionem 43. anno 1575.* Habetur in eadem Bibliothecâ Dominicanâ de Goaxaca, ut compertum nobis est litteris inde ad nos datis. Authoris meminere Aëgydius Gonzalez Davila in Theatro Ecclesiæ de Chiapa pag. 197. P. Alphon-sus Franco in Historiâ MSS Provinciæ Dominicanorum Mexicana lib. 1. cap. 42. & Magister Burgoa in Geographica descriptio-

ne, seu Historia Provinciae Praedicatorum de Goaxaca tom. 1. qui est secunda pars ejusdem Historiæ (si quidem primam Pa-lestræ titulo donavit) cap. 19. fol. 87. Plaza in Chronicis MSS Universitatis Mexicanæ lib. 2. cap. 3. n. 27. & cap. 25. n. 233. + 210. P. ANDREAS DE VELASQUEZ, Natione Mexicanus, Patria Goatemalensis, adolescens JESU Societatem in-gressus, & Scholasticorum votis emissis, humanioribus litteris apprime excutus, magnos in Philolophilicis & Theologicis fructus est consequitus, gradumque Professorum quatuor nuncupatis votis adeptus. Angelopoli in Collegio S. Ildefonsi triennium poluit tradenda publico in Thea-tro illo auditoribus multis fre-quenti, Philosophia Aristotelicæ, quam rursus triennio altero exhibuit in Collegio Maximo Me-xicano conferritlimæ multitudini-nis. Sexenium aliud Theologicis in eodem Collegio Cathedris mo-derandis incubuit, Provinciæ So-dales in primis imbuens, & Morali doctrinâ, & quæ ad Scholæ palæstram attinet indeque dicitur Scholastica. Majoribus co iti-dem in Gymnasio præfuit studijs, donec Præfecturis Collegiorum ab admodum Reverendo Familiæ Generali Præposito delinatus, Angelopolitanæ coepit incolere & moderari, in quibus ad obitum usque cum laude religionis & pru-dentiae versatus sui desiderium

Socijs aliisque doctissimis viris re-liquit. Opera ejus quæ versantur in Discipulorum manibus recen-samus. Sunt autem illa

Integer Philosophia Cursus con-stantans

Summulis.

Logica.

Physica.

Metaphysica.

Animistica: Libris de Ortu & Interitu &c.

Theologia verò ita habent.

Tractatus de Visione Beatifica.

Tractatus de Beatiudine.

Tractatus de Divini Verbi In-carnatione pars prima.

Tractatus de Divini Verbi In-carnatione pars secunda.

Tractatus de Justitia & jure.

Tractatus de Muto, in quarto.

His accedunt Conclaves mul-ta & ad mores & panegyricę his-paro sermone, Prolusionesque varia & Carmina latino idiomate.

Rectorem agens Collegij An-gełopolitani à Spiritu sancto dicti, cedit

Vitam Joannis Gomezij, ejusdem Societatis Coadjutoris, ut dicunt, temporalis formati, religiosisque cons-picui virtutibus. Anno 1748. An-gełopoli ut characteres indicant, in quarto, quam habemus in Co-llectaneis nostris t. 71 in quarto.

+ 211 FR. ANDREAS VICEN-TI, Natione ut videtur Mexica-nus, Provinciæ Sancti Evangelij Franciscanorum alumnus, scripsit hispano sermone

Testimonia pro virtutis Religiosarum

eiusdem Instituti apud Cenobium de Atrisco pridem florentium. Anno 1682. MSS ut legimus in Pine-liana Bibliotheca novissimæ editionis tom. 2. col. 840.

+ 212 D. ANDREAS DE VI-VAR, Mexicanus Domicilio, sibi minus Natione & Patria nos præ-tereuntibus, causarum Patronus apud Regium Novæ Hispaniæ Senatum, edidit

Allegationem pro semetipso in fu-re fundatam, tacitis & anno & Typographo, ut quandam in his scriptioribus siebat, extatque in folio tom. 13. Collectionis D. Ludovici de Mendoza.

+ 213 P. ANDREAS XAVE-RIUS GARCIA, Natione Hispa-nus, Patria Bituricensis Dice-csis, è Provincia Societatis JE-SU, cui juvenis se addixerat, in Mexicanam ejusdem Instituti tra-jecit. Quatuor nuncupatis Deo votis professus, multis in Familiâ & Republicâ ministerijs insignis est. Philosophicis & Theologicis ornamentijs, quibus scatet, egre-giam in Mexicano idiomate per-itiam jam diu addidit, cuius lingua usum & elegantiam non nullus docuit. Indorum apud S. Gregorij Mexicanum Collegium confessionibus excipiendis quon-dam muleumque deditus, ege-rio eiusdem in sacris fuit adjumen-to & concionibus & alijs officijs. Plura & primaria quidem rexit Collegia, totique Præposi-tus Provinciae Nova Hispaniæ, religiose juxta & prudenter mu-

AN

nera gessit. Illmō. Archiepiscopo Mexicano D. D. Fr. Josepho de Lanciego & Eguilaz, viro doctrinae & sanctæ vitæ doctibus, Ecclesiæ antiquioribus Patribus comparando, acceptissimus, comes fuit in valissimæ Dieceſis iteratis visitationibus, in quicis Archipæſul consilio ejus utebatur & operâ, cùm ad Indorum aliorumque eruditioñem atque solatium, tum etiam pro id temporis occurrentibus varijs & arduis, Illmū. pariter D. D. Joannes de Lardizaval & Elorza, Angelopolitanus Episcopus, mox laudato Archiepiscopo vitæ & doctrinæ, ceterisque decoribus dissimilis nihil, peræque illum habuit, solumque sibi itidem lustraturus ditionem adhibuit. Præpositum Domus Professæ in præfentiārum agit. Habitam à se Orationem in obitu V. Angelæ Xaveria Joan næ Mariæ Josephæ, Capuccinorum Cenobij Virginum Angelopolis Fundatricis & Abbatissæ, Illmō. Angelopolitanu, quem, mox memoravimus, Principi exponcenti, typisque dату, commisit, qui addita ad easdem sacras Virgines Nuncupatoriâ publici juris fecit,

Sermonem in Exequijs ductis R. M. Angelæ Xaverie &c. Angelopoli, litteris Viduæ Michaclis de Ortega 1733. Extatque in Collectaneis nostris tom. 67. in quarto. Author habet præterea MSS non pauca à se elucubrata.

214 ANGELOPOLIS, Urbs

AN

Americæ nostra nobilissima & fedelissima, ac, post Mexicanæ Imperij caput & principem Civitatem Mexicanum, prima & insignis, condita dicitur frequentissime ab historiographis anno 1530. Præside Mexicci Auditorij Illmō. Episcopo D. D. Sebastiano Ramírez de Fuenleal, quis tamen merito refragatur Magister Fr. Joannes de Villa in Vita S. Agnetis de Montepoliciano c. 27. p. 134. eo ductus momento gravissimo, quod Episcopus Fuenleal nominatus Præses Mexicci Conventus iuridici Mexicanum advenerit anno 1531. ut in confesso est crudissimo Torquemadæ lib. 5 cap. 9. à quo Angelopolitanam epocham ceteri sunt mutuati, Urbis erectionem anno 1530. censentes. Id circa doctissimus ipse Villa, à D. Michaele Zeron Zapata in MSS Angelopolim conditam anno 1531. Iribente, jure pariter optimo abscedens, quoniam anni ejusdem mense textili illustrissimus Fuenleal auspiciatus fuit Præfecturam, constat autem jačta fuisse Angelopolis fundamenta 16. Aprilis; probabilius sibi haber initiam Urbem fuisse anno 1532. idque ab ejusdem primis libris confirmat, anno 1533. primos itidem ordinarios Magistratus nominatos fuisse docentibus. Sita est illa 22. à Mexico leuis ad Orientem in amplissimo solo, quod ea erat tempestate diuque retro infrequens, belli inter ejus quondam incolas Indos & con-

AN

terminos causâ. Ea Urbs ut extuleretur optantibus ac petentiis Apostolicis Ordinis S. Francisci viris, qui rem christianam unâque politicam eximio procurabant zelo & labore, concessum fuit, atque eorum unus vir magni nominis P. Thoribius à Motolinia Sactis operatus, immortali quidem opti initium dedit, confluentibus è non longe distis Populis, Indis numero 16 milibus, à quibus lutea id temporis Civitas fuit extructa, optimis tamen lineamentis, & appositissimo ordine edificata, quæ postmoduni omnibus evasit numeris absoluta, interque insignes novi Orbis connumerata, sive nobiles familiæ amemus, & insignes litteris ac virtutibus viros, sive Aedes prophanas contemplemur expositissimas, sive magnificentissimas sacras intucamur. In eam anno 1550. translata fuit Cathedralis Ecclesia jam inde ab anno 1526. Tlascalæ condita. Est quidem Angelopolis magnitudine, artificio, ornamenti, & quæ ceteris cum que ambiri decoribus possunt religiosis & politicis, spectabilis & gravissima, atque Ecclesiastico Capitulo admodum clara, ac plurimorum egregij meriti hominum secundissima. Ad hæc 5 Parochiales Ecclesiæ conditæ fuere, quibus alia in subsidium sunt additæ. Religiosa virorum Regularium Cenobia & Collegia 12. quibus Oratorianæ S. Philippi Neri Aedes accedunt; Sacratum

AN

autem Virginum Monasteria sunt 11. & Puellarum Collegia 4. Malle nuptiarum domus, Pénitentium alia mulierum, & pro expositis Horphanotrophium. Solalitia plurima & Congregations, ac pro exercitationibus S. Ignatij habendis Domus amplissima ad S. Spiritus Collegium Soc. JESU. Athenæ floret omni litterarum genere instruissimis, Reg. SS. AA. Petri & Joannis Collegiis secundum Tridentini sanctiones erectis, in quicis Grammatica, Philosophia, Theologia Scholastica, Moralis, Positiva, & utruquo Jus traditum &c. accipitur pro Academicis gradibus in Universitate Mexicâ ferendis. Illustreritiam Theologorum Collegium habet majoribus simile. Gymnasia ad S. Ildephonsi Societatis JESU ornatissima, in quibus Grammatica, Eloquentia, & Philosophia, & quæ late patet Theosophia omnis expontur auditotibus pluribus, cùm à S. Hieronymi Collegio, tum etiam è S. Ignatij, Societatis JESU regimini subditis, & extrancis alijs in Ildefonsianas Aulas confluentibus. Demum, S. Dominici Martyris nomine Collegium est aliud pro puerulis Grammaticâ efformandis & Musicâ ad Cathedralis Ecclesiæ obsequia, & Ecclesiastica in choro officia agenda destinatis. Xenodochia, idque genus alia pietatis & politicæ argumeta sunt multa, & ornatissimam Urbem decentia. Quæ ad Diœcensem, cuius ipsa est caput, spectant

stant quoniam instituti nostri non est ea narratione prosequi, indicare sat erit latissime portrectam 168 Ecclesiæ Parochiales complecti, multaque, præter superioris indicata Cenobia & Valerudinaria, Templaque, Sacella, Oratoria publica pro divinis ereta, ut conjectura non levi putetur numerum 1500 excedere, incolarum autem summam quindecim centena millia hominum superare, eximia Dei gloriæ Catholice Romane Ecclesiæ fide jam diu illis infixa medullitus, & christianis operibus culta. Angelopolos Urbis nomine habemus edita hæc Opuscula hispano sermone, in quibus latina item legere est Poemata.

Inferia, seu lugubris pompa ab Iusti, augusta, & admodum fideli Angelorum Civitate habita in obitum Elisabethæ Borbonica, Hispaniarum Reg. Angelopoli, apud Emmanuel de los Olivos 1645, in quarto. Exstat tom. 26. Colleæ nostræ. Palma nescia marcescere, Symbolum Excmi. D. D. Melchioris Fernández Portocarrero, Comitis de Monclova, Mexici Pro-Regis, Triumphali excipiendi apparatu ab Urbe Angelopolitana. Mexici, formis D. Mariæ de Benavides 1686. in quarto.

Testimonium & Allegatio pro Angelopolitana Urbe in causa de Raciocinijs circa vestigialium administrationem. Tacitis anno editionis & Typographi nomine, in fol. Ejus meminere Urbis. Tor-

quemada in Monarchia Indica lib. 3. cap. 30: Betancurius in de Urbe Angelopolitana post Menologium a fol. 45. Balthasar de Medina in Chronicis Provinciæ St. Didaci Mexicana à fol. 242. n. 835. & seq. Aegydius Gonzalez Davila in Theatro ejusdem Ecclesiæ, Joannes Diaz de la Calle in Memoriali & notitijs Sacris Imp. Indiarum Occid. & plures alij.

215 FR. ANGELUS GARCIA DUQUE, Natione Hispanus, cuius Patria nos latet, Ordinis S. Francisci de Observantia in Provincia S. Jacobi, inde in Apostolicum S. Crucis Collegium de Propaganda Fide Queretarense ejusdem Ordinis adactus, Lectoris Theologiæ munere, Guardianique, ut dicitur, effulgit honore, longe tamen exemplis illustrior & virtutibus fuit, quas prætiosa consequuta mors est. 1. Januarij 1725. uti P. Fr. Ilidorus Felix de Espinosa in Vita V. Fr. Antonij ab Angelis Bustamante scribit pag. 184. Incoperat ejusdem Bustamantij Vitam Noster ornare, quam morte prohibitus initiatam reliquit. Ediderat tamen à se habitam in ejusdem funere Orationem hispano sermone, scilicet

Elogium sepulchrale pīj manibus V. P. F. Antonij ab Angelis, Colligi Queretarense alumni. Mexici, apud Hæredes Vidua de Lupercio 1712. in quarto.

216 ILLMUS. D. M. D. FR.

AN

ANGELUS MALDONADO, Natione Hispanus, Patria Oceanensis, Domicilio Mexicanus & mune- re, postquam in clarissimo S. Bernardi Ordine emissâ professione Monachum egerat religiosissimum, & in amplissima Complutensium Universitate Moralis Philosophia præpositus Cathedrae, cum in ea expedite Facultate tradenda egre- giam laudem tulerat, tum etiam in omni optimè exultus & ver- satus Theologiæ, secundo hujus seculi anno Episcopatum tenuit Antequerensem, seu de Goaxaca ad munera destinatus à Ca- tholico Rege Nostro Philippo V, & à SS. Clemente XI Pontifice Summo Apostolicis litteris insti- tutus. Pastoris vigilansissimi cu- ras zelo, prudentia, charitate, ceterisque virtutibus omnes ex- plevit. Dicccsim admodum am- plam, obviantibus montibus diffi- cillimam peragratu, intercurren- tibus fluminibus periculosisima, & multis ab ardente climate in- commoditatibus scarentem, uni- versam non semel lustravit. Pa- rochos exemplis hortatus & ver- bis, atque oves ipsorum demandatas sollicitudini predicatione, confirmationis Sacramenti un- cione, ceterorumque pro chri- stianâ virâ subsidiorum ministra- tione pascens diligenterissime. Pa- perratis cultor, vix necessarijs sibi pro morigeratâ contentus familiâ, redditus Ecclesiæ suæ omnes egentibus destinaverat & Dei gloria, hanc enixe procurans. In-

de, si quos irrepere abusus in di- titionem suam aliquando videret, eos illico cohibitus, cum modis alijs, tum etiam doctissimis age- bat concionibus, ut legere est in his quas edidit 35, 36 & 37. in quibus de vestigialibus, & inter se dissidentibus negotiatoribus multo tractat spiritu & doctrina perutili. Argumento est pariter editum à Nicolao de la Barreda, Parocho strenuo & docto, Responsum Nostro datum, in quo hujus pro Indorum instructione & salute multa se legentibus of- ferunt specimen.

217 Certè, traditum sibi à Deo gregem Antequerensem tan- ti estimabat, ut oblatas sibi à Rege infulas Orolensis Ecclesiæ in Re- gno Valentino constanter recu- lauerit, rursusque pro Ecclesia Michoacanensi, qua inter Ameri- ca primarias censetur, destina- tus ei se subduxerit, litteris cum hispano, tum etiam latino sermo- ne datis anno 1726. grates ei eximias rependens pro munere egregio, testatus pro conscientia sua, proprias, quas jam diu no- verat oves, haud dimittere posse; & si valeret, non aliter nisi cum discriminè vitæ præ dolore deser- turum, quas 24 retro annis pave- rat, & tenera charitate diloxe- rat. Nec segniori in Philippum ipsum Regem amoris flamma & pietatis exarserat, cuius igniculi promicant in concionibus pluri- mis legendis in tomo quem in- fra dabimus, à se habitis eo tem- po-

AN

pore, quo rebus Hispaniae turbatis, multi à debita Regi nostro fide desceiverant; quod Icelus longissime, licet ab America absuerit, huic in jurata Philippo fide incredibilique erga ipsum amore confirmanda Orationibus doctissimis institit. Porro, ut gregi suo quotquot posset modis provideret, non se durum ac difficilem in Dispensationibus exhibebat, atque urgente periculo animarum in morte, gravibusque datis momentis, pro ea qua erat in Theologicis rebus peritia, aut solitis à Sede Apostolica Facultatibus sibi traditis utebatur, aut Episkopia benèque Romani Pontificis presumptā in arduis negotijs voluntate. Frequentissime, nec minus erudite ac graviter quam ad auditorum profectum utiliter, nemdum in Quadragessimis, sed per annum concessionabatur, in hoc reliquaque pastoris muniberibus quam diligenter.

Spirituale, jam pridem à se editum scorsim. Mexici, in Typographia Hæredum Viduæ Michaealis de Ribera 1717. in octavo.

Ex his quas in tomo mox laudato legimus Orationibus doctissimis quidem, aliquas etiam scorsim habemus editas, quas sub jungimus, plures alias addentes, quas frustra in eo libro quæsiveris. Sunt autem omnes à nobis visa.

Oratio de S. Teresia à Iesu, Carmelitarum Matre nudipedum. Mexici, typis de Carrasco 1703. in quarto.

Oratio de S. Thoma Doctore Angelico, Angelopoli, ex Officina Sebastiani de Guevara 1703. in quarto.

Oratio in solennitate S. Crucis de Huautlco apud Antequerenses nominata. Mexici, è Domo Francisci de Ribera Calderon 1703. in quarto.

Oratio de Proto-Parente Divo Petro cum gratiarum actione pro Philippo V. salute. Angelopoli, litteris Didaci Fernandez de Leon 1706. in quarto.

Oratio habita in Antequerensi Sanctuario, à Solitudine dicto, die SS. AA. Philippi & Iacobo sacra in Regis obsequium. Mexici, fornitis de Carrasco 1707. in quarto.

Oratio habita in nativitate Ludovici I. Hispaniarum Principis. Angelopoli, litteris Didaci Fernandez de Leon 1708. in quarto.

Studia in Deum, & Regem septem

Ad calcem adjicit Directorium

Bo

AN

rem, quæsita orationibus Evangelicis. Angelopoli, Prælo Didaci Fernandez de Leon 1709. in quarto.

Oratio Evangelica de S. Francisco Xaverio, Martiti ex Typographia Didaci Martinez Abbad 1711. in quarto.

Exhortatio ad Reformatas Antequerenses Virgines Augustinianas. Angelopoli, ex Officina Michaealis de Ortega & Bonilla 1713. in quarto.

Oratio Evangelica habita in actione gratiarum pro victoria à Philippo V. relatâ apud Virreiam. Mexici ex Typographia Hæredis V. Michaelis de Ribera 1715. in quarto.

Oratio habita Mexici in funere solennissime instaurato D. D. Mariae Aloysiae de Sabaudia, Hispaniarum Reginae. Extat edita in libro cui titulus *Luctus Flora à P. Luca del Rincon Societatis JESU concinnato*. Mexici, apud Hæredes Viduæ Michaelis de Ribera 1715. in quarto.

Oratio Evangelica dicta in gratiarum actione pro Philippi V. felicitate. Ibidem 1716. in quarto.

Oratio Evangelica de magno Parente & Patriarcha S. Dominico de Guzman. Mexici, apud Hæredes Luperci 1716. in quarto.

Oratio Evangelica de Seraphico Parente S. Francisco. Mexici, typis Viduæ Michaelis de Ribera 1716. in quarto.

Oratio Evangelica in Festo SS. V. Marie de Mercede. Mexici, apud Hæredes Viduæ Francisci Lupercio 1718. in quarto.

AN

Testimonium ad Regium Mexicanum Senatum probandi ergo aquæ in Ecclesia Antequerensi antcas suis Prebendas quatuor. Mexici, apud Franciscum de Ribera Calderon 1720. in folio.

Epistola brevis hispana, latina longior ad Philippum V. Regem Catholicum data, ubi Noster Michoacanensis infallas recusavit. Mexici 1726. in folio, tacito Typographi nomine. Extat tom. 5. Collecta. D. Ludovici de Mendoza.

Oratio Evangelica de Magno Ecclæsia Doctore S. Augustino habita apud Recollectas ejusdem Sanctimoniales Antequerenses. Mexici, ex Officina H. F. Lupercio 1726. in quarto.

Exhortatio Catholica: ad Indos Goaxacenses. Mexici, apud Carrasco 1708. in octavo.

218 FR. ANGELUS SERRA, Natione Mexicanus, ortus apud Michoacanenses, Provinciæ Franciscanorum ejusdem Regni a SS. AA. Petro & Paulo nomen fortitæ Alumnus, quondamque, ut dicitur, Custos, Parochusque canonico titulo Pagi de Charapan primùm, mox inclytæ Urbis Quetzetarensis institutus, Taracanorum idiomatis Magister peritissimus, communisque boni sollicitus, pto juvandis Indis Michoacanibus ea lingua utentibus, atque eorum Parochis, edidit.

Manuale pro ministrandis Sanctis Sacramentis hominibus Hispanis & Indis trilingue, scilicet, Latino, Hispano, & Tarasco idiomatibus. Mexici, 1718. in quarto.

AN

Testimonium ad Regium Mexicanum Senatum probandi ergo aquæ in Ecclesia Antequerensi antcas suis Prebendas quatuor. Mexici, apud Franciscum de Ribera Calderon 1720. in folio.

Epistola brevis hispana, latina longior ad Philippum V. Regem Catholicum data, ubi Noster Michoacanensis infallas recusavit. Mexici 1726. in folio, tacito Typographi nomine. Extat tom. 5. Collecta. D. Ludovici de Mendoza.

Oratio Evangelica de Magno Ecclæsia Doctore S. Augustino habita apud Recollectas ejusdem Sanctimoniales Antequerenses. Mexici, ex Officina H. F. Lupercio 1726. in quarto.

Exhortatio Catholica: ad Indos Goaxacenses. Mexici, apud Carrasco 1708. in octavo.

218 FR. ANGELUS SERRA, Natione Mexicanus, ortus apud Michoacanenses, Provinciæ Franciscanorum ejusdem Regni a SS. AA. Petro & Paulo nomen fortitæ Alumnus, quondamque, ut dicitur, Custos, Parochusque canonico titulo Pagi de Charapan primùm, mox inclytæ Urbis Quetzetarensis institutus, Taracanorum idiomatis Magister peritissimus, communisque boni sollicitus, pto juvandis Indis Michoacanibus ea lingua utentibus, atque eorum Parochis, edidit.

Manuale pro ministrandis Sanctis Sacramentis hominibus Hispanis & Indis trilingue, scilicet, Latino, Hispano, & Tarasco idiomatibus. Mexici, 1718. in quarto.